

omnes deum in deum tuum ex toto corde tuo.
et iustitia tua: et ex omnibus viribus tuis
et deum tuum: et proximum tuum
Dixit ergo illi. Recte respondisti
fac iustitias. Ille autem uolens iustitiam
sequi: dixit ad Iesum. Et quis est
propheta? Suspiciens autem Iesus
dixit. Nemo quidam descendebat ab
Iherosolymis: et incidit in latro
nes. Qui etiam despoliauerunt eum: et
plagas impostis abierunt semiuuio
s. Adiecit autem ut sacerdos quidam
descenderet eadem uia: et uiso illo preterit
et simulat ieiunia cum esset secus
uia: et uideret eum. pertransiit. Sama
rius autem quidam iter faciens uenit
eum: et uident eum misericordia motus est.

Ma 397

St. Graec. in Oct. N. 103.

II 2a 168




NATHANIS CHYTRÆI.

IN

SALLVSTII
IVGVRTHAM

PROLEGOMENA,
*in quibus, præter doctrinas Ethi-
cas & politicas, rerum quoq; quæ
hodie in mundo geruntur, ve-
luti imago quedam di-
lucide represen-
tatur.*



ROSTOCHII

Typis Stephani Myliandri.

ANNO


CID ID XXXVI.



NATHAN CHYTRÆVS
EUGENIO COLONIO, ME-
gap, iuueni genere, moribus &
litteris verè nobili.

S. D.

FAsciculum florum ceu magni ex æquore prati
Virgo legit, sponsoq; suo mox donat habendum:
Sic nos Thucydidis nuper monumenta Latini
Tractantes, paucis hæc pauca excerpimus horis,
Observanda meis studio auditoribus acri:
Eugenio nec forte meo iniucunda futura: (ipse.
Qui pulchra & bona quæq; adamat, pulcherrimus
Ille igitur, velut à Musis Charisinq; profectum,
Hoc Xenium tenue accipiat, nec pondere magnum:
Sed rerum precio magnis tamen ante ferendum
Forte voluminibus, quis nil nisi scommata, rixæ,
Atq; effusa nigris conuicia faucibus insunt,
Quorum proh dolor hoc miserum tam est fertile
(seclum.



STV-

STVDIOSIS
HISTORIAE ET BONARUM
LITTERARVM
IN ACAD. RHODOPO-
LITANA.

Absolui vobis superiore Septem-
bri Catilinam Sallustij. in quo
rectè cognoscendo, si vos tan-
tum diligentiae & studij adhi-
bistis; quantum nos fidei &
laboris in plerisque omnibus accuratè inue-
stigandis & dilucidè explicandis adhibere
conati sumus: spero profectò vtrisque suam
operam merito ἀμεταμέλητον censendam
esse. Proximum est, vt iam ad Iugurtham
quoque eiusdem nos accingamus. in cuius
quidem explicatione, ne mihi ipsi & vobis
dictando molestus esse cogar: hæc ipsa qua-
si prolegomena, in has pagellas conijcere,
eaque typis descripta vobis communicare vo-
lui; vt ita in ipsa explicatione eo strenuius
& expeditius postea progredi possimus.
Quæ quidem ipsa eo quo à me dantur ani-
mo, id est, bono & candido, vos quoque ac-
cepturos esse non dubito. Primo autem

A 2

partem

partem progeniei regum Numidiæ, cuius aspectio & consideratio in hac historiæ Romanæ parte cognoscenda semper necessaria est, quasi in tabella oculis vestris subiiciam. deinde *ὡς ἱστορίῃ* summam & argumentum huius historiæ, verbis quam potero paucissimis, exponam. Monebo deniq; quid ex eadem potissimum sit obseruandum. De reliquis enim, quæ eodem facere posse viderentur, in prolegomenis Catilinæ præmissis egimus verbosius: vt eadem denuò hic inculcare inconsultum, & minimè necessarium esse videatur. Pars igitur Genealogiæ Regum Numidiæ hæc est, quæ tamen, quia satis commodè hic inferi non potuit; seorsim eam in peculiari tabella tibi exprimere volumus, cui titulus est REGVM NUMIDIÆ PROGENIES: quam tu huc referendam esse scias. *○ vide in fine.*

De summa autè et synopsi huius historiæ Salustianæ sic habe. Anno vrbis 642, qui fuit à condito mundo 3861, ante natū Christū 110, & ante coniurationem Catilinæ oppressam 40, consulibus P. Scipione Nasica, & L. Calpurnio Bestia, bellum hoc contra Iugurtham susceptum est: idq; vt verbis ferè Salustij, & Caroli Sigonij hinc inde in vnum colle-

collectis vtar, hac occasione & progressu.
Iugurtha auum Masinissam, patrem Mici-
psam Numidiæ reges, atq; ita etiam regni
hereditatem per adoptionem adeptus, re-
gnandi cupiditate ardens, primùm Hiem-
psalem fratrem per insidias necarat: deinde
ad alterum quoq; Adherbalem, quo iure
quaue iniuria tollendum se conuerterat.
Cum igitur Adherbal Romam de Iugurtha
questū profugisset; Iugurtha eò missa ingenti
pecunia, eaq; patronis compluribus suo scele-
ri comparatis, facile senatum in suam senten-
tiam pertraxit. Missos deinde à senatu de-
cem, quorum princeps erat L. Opimius, le-
gatos, qui regnum inter illum Adherbalemq;
diuiderent, similiter aggressus pecunia cor-
rupit. Postea cum Adherbal bello à Iugurtha
petitus, & in oppido Cirtha obsessus, contra
denunciationem senatus, quamuis dedititi-
us, miserè occisus esset: bellū tandem palam
Iugurthæ indictum est. Primus ergo in Nu-
midiam cum exercitu mittitur L. Calpurni-
us Bestia Consul, qui ipse quoq; regis pecunia
captus, pacem cum eo flagitiosam fecit, quæ
à senatu improbata est. Altero anno Sp. Po-
stumius Albinus Cos. cui Numidia obuene-
rat, post Bestiam aduersus Iugurtham mis-

A 3

sus, iti-

sus, itidem pecunia, vt creditur, à rege corruptus, bellum traxit, quoad Romanorum comitiorum causa redijt. Aulus Postumius frater eius & legatus, quem prætorum castris Consul præfecerat, prælio aduersus Iugurtham infeliciter commisso, pacem quoq; turpem fecit, quam seruandam non esse senatus censuit. Tertio anno Q. Cæcilio Metello, (qui postea Numidici ex hac expeditione nomen consecutus est) prouincia Numidia obuinit, qui primò exercitum negligentia Auli scædè corruptum & dissolutum, ad pristinam disciplinam reuocauit & reduxit: duobus prælijs Iugurtham fudit: Thalam, oppidum diripuit: vniuersam Numidiam vastauit: ac Iugurtham ipsum per Mauritaniam & Gætuliam fugientem insequutus est. Ideoque etiam in alterum annum imperium ei est prorogatum. Huius Metelli legatus fuit C. Marius, qui malitiosè imperatoris sui lentitudinem criminando effecit, vt cum comite petito Romam venisset; consul crearetur: bellique pene patrati à Metello summam administrationem consequeretur. Ideoque Metello,

3
tello reuocato (qui postea tamen cum triumpho Romam reuersus est) C. Marius Consul, transportatis in Africam copijs, primùm oppida quædam aggressus, leuia aliquot prælia fecit: post Gætulos & Iugurtham ex socijs p. Rom. prædas agentes sæpe adortus, in itinere fudit: ipsumq; regem haud procul ab oppido Cirtha armis exuit. Cumq; idem, vt Iugurtham ad prælium pertraheret, bello ad singula eius oppida transferendo, alia multa, & maximè Capsam ac Mulucham cepisset: Iugurtha Bocchum Mauritanix regem, socerum suum cum exercitu aduocauit. Cumque reges ambo coniunctis copijs Marium in hiberna proficiscentem inuassissent; vtrinque acriter pugnatum est. Cum autem Marius suos in collem oportunum subduxisset; reges verò loci difficultate prælio deterriti, læti pro victoribus agerent; Marius fessos eos ac semisomnos, nihilque tale suspicantes adortus, plures eo prælio, quam omnibus superioribus, interemit. atque inde cum in hiberna contenderet; hostibus, à quibus lacessebatur, latè fufis fugatisq; Cirtham oppidum, quo iter intenderat, occupauit. Eò legati à Boccho

A 4

venc-

venerunt, qui regis verbis à Mario petiuere,
duos quam fidissimos ad se mitteret; velle
se de suo, & populi Ro. commodo cum his
differere. Ille L. Cornelium Syllam, & A.
Manlium misit. Neq; tamen cum Boccho
tum quicquam perfectum est, Boccho ipso
de sententia ab amicis suis, quos Iugurtha
more suo pecunia corruperat, deturbato.
Atq; hæc quidem hoc anno à Mario gesta
existimari possunt. Anno sequenti Marius,
prorogato, vt credibile est, imperio, post-
quam exercitum in hybernaculis composu-
isset, cum expeditis cohortibus, & parte e-
quitatus proficiscitur in loca sola, obsessum
turrin regiam, quo Iugurtha præsidium per-
fugarum imposuerat. Tum rursus Bocchus
legatis ad Marium missis, quocunq; modo
belli componendi licentiam illis permisit.
Hi à Gætulis latronibus in itinere circum-
uenti & spoliati, ad Syllam perfugiunt,
quem Marius in castris pro prætore reli-
querat, eiq; consilia Bocchi patefaciunt. Ijs
Marius, cum ad se Cirtham venire iussisset,
Romam quoq; ad senatum eundi potesta-
tem concessit. Senatus Boccho gratiam
delicti fecit: amicitiam, vbi eam promeruis-
set, pollicitus est. Quibus rebus cognitis,
Bocchus

4

Bocchus à Mario, vt ad se Syllam mitteret, petiuit. Sylla profectus, Boccho, vt sibi Iugurtham viuum traderet, pace & amicicia Romanorum promissa, persuasit. Quod cum ille fecisset (nam Iugurtha sincerè & amice à Boccho se accersitum putabat) eum vinctum Sylla ad Marium deduxit. qui biennio post Romæ de eo triumphauit. Atq; ita Iugurtha per Metellum attritus, per Marium opera Bocchi & Syllæ captus, vnà cum regno Numidiæ in potestatem pop. Ro. peruenit, & in barathrum coniectus, miserè paulo post ibidem interiit. Atq; hic est exitus tam fortis & astuti bellatoris: qui si prudentissimæ & saluberrimæ Scipionis, de vitanda præpostera regni alieni cupiditate, veroq; ad gloriam itinere persequendo admonitioni parere, quietè suis contentus esse, & alijs sua relinquere potuisset; in tantas tamq; intricatas & perplexas angustias, & tragicas calamitates nunquam incidisset. Imo si victores quoq; Iugurthæ Marius & Sylla hoc ipsum exemplum punitæ inexsaturabilis dominandi auiditatis probè obseruassent; nunquam se ipsos, & Remp. Romanam tantis difficultatibus, periculis & iacturis inuoluissent. Quod enim Plutarchus in Mario

A 5

scriptum.



scriptum reliquit; Bocchus paulo post C. Mario Romam reuerso, in sui memoriam aurea quædam in Capitolio simulacra consecrari voluit: quibus inter alia Bocchus ipse repræsentabatur, Iugurtham tradens Syllæ. Marius autem eo monimento aliquid suæ gloriæ decedere ratus, illa simulacra loco mouere & euertere conatus est. Cui cum Sylla acerrimè ea in parte aduersaretur; tandem ira & simultas illa, ambitionis flabellis & facibus magis magisq; ventilata & inflammata, in bellum tandem ciuile, toti Imperio Romano perniciosum, lugubre, & funestum exarsit. Et tantum quidem de summa & argumento huius historiæ hîc dixisse sufficiat. Iam de ijs quoque, quæ ex eius lectione potissimum obseruanda videntur, paucis agamus. Id autem quam rectissimè fieri posse videtur, si primò in præcipuas personas, quarum in hac narratione mentio fit, inquiramus: deinde res quoq; , & sententias tantum insigniores, augendæq; & confirmandæ prudentiæ ethicæ & politicæ præ alijs seruientes aliquantulum euoluamus. Nam de verbis, rebusq; adeo omnibus & singulis tam magnis quàm mediocribus, inter explicandum

candum rectius & plenius agi poterit.
Inter personas igitur ex hac historia præ-
cipuè eminentes, ordinis ab ipso aucto-
re usurpati ratione habita, primi erant.
Q. Fabius Maximus, & P. Scipio Africanus
superior, quos solitos dicere ait, cum maiorum
imagines intuerentur, vehementissimè sibi ani-
mum ad virtutem accendi. scilicet non ceram
illam, neque figuram tantam vim in sese ha-
bere; sed memoria rerum gestarum, eam flam-
mam egregijs viris in pectore crescere, neque
prius sedari, quam virtus eorum famam at-
que gloriam adæquauerit. Ex quo qui-
dem ipso Apophthegmate satis apparet,
quomodo animum generosum in histo-
riæ quoque lectione versari oporteat. i-
ta scilicet, ut virorum excellentium egre-
gias virtutes pro loco & conditione sua
strenuè æmuletur; ac proinde scelera quo-
que malorum summo studio fugiat & de-
testetur. Secundus MICIPSA, qui
initio quidem fratris Manastabilis de-
functi, etiam ex concubina natum fili-
um Iugurtham amore & cura paterna vi-
deri potuit profequi; quando eodem euni-
cultu, quo suos liberos, domi habuit. Po-
stea tamen indoli & virtuti adolescentis
præ

præ æqualibus egregiæ, inuidens, eum pre-
mere, & cum vi aut insidijs non posset; pe-
riculis eum obijcere, atq; ita è medio tolle-
re est conatus. Verum quo maximè noci-
turum Iugurthæ se arbitrabatur; eodem ma-
ximè illi profuit. In bello enim Numantino
apud P. Scipionem Æmilianum virtus eius
omnium testimonio præ alijs ita enituit; vt
obscurari iam deinceps, neq; in Hispania,
neq; in Numidia, vlla ratione posset. Mi-
cipia igitur cum insigni commendatione
Scipionis, post expugnatam Numantiam, re-
uersum ad se Iugurtham, quem periculis &
difficultatibus foris non potuerat; eum do-
mi beneficijs, ἰσχυρῶς tamen præstitis,
vincere aggressus est: atq; ideo eum adopta-
uit: & testamento pariter cum filijs heredem
instituit: et postq; ad concordiam vtrosq; tam
natura quam iudicio & voluntate filios co-
hortatus esset, fatis concessit. Tertius ipse
IUGURTHA, in cuius adolescentia &
iuuentute quilibet habet, quod, si res suæ ita
ferant, imitetur: in ætate vero eiusdem in-
tegra & corroborata, quod caueat: in ingra-
uescente vero & prouecta quod extremè a-
uerfetur, oderit, & abominetur. Vsq; adeo,
vt Cicero ait, *non est facilis virtus! usq; adeo
diffici-*

difficilis est virtutis diuturna simulatio! Quam
enim in puero & adolescente ingenuo com-
mendabile est pollere viribus? esse decora
facie, ingenio valido, acri atq; impigro: non
se luxui neq; inertiae corrumpendum dare:
sed si res ita postulet, equitare, iaculari, cur-
su cum aequalibus certare: omnes gloria an-
teire, & tamen omnibus carum esse. Item
in venatione leonem atq; alias feras pri-
mum aut in primis ferire: plurimum face-
re, & minimum ipsum de se loqui. Prae-
terea inter externos si viuendum sit, eorum
naturam & voluntates accuratè obseruare
& cognoscere: ijsq; cognitis, maximè si su-
periores vel etiam aequales ij sint, prudenter,
quod Iugurtha apud Scipionem summa cum
laude faciebat, se accommodare: labore &
cura non frangi: senioribus modestissimè
parere: periculis obuiam ire: praelio strenu-
um, bonum consilio, atq; adeo suis vehe-
menter carum; hostibus maximo terrori es-
se, & gloria inuidiam vincere. Quam ve-
ro omni aetate turpe est, malos potius quam
bonos, quod Iugurtha post suum à Scipione
discessum faciebat, audire? insatiabili re-
gnandi, & alios per vim dolumue oppri-
mendi cupiditate flagrare: ita quidem vt
hoc

hoc ipso nomine, omnia quæ habeat in discrimen adducere audeat: esse mendacem, virtutis hostem, vadimonij desertorem, simulatorem & dissimulatorem perpetuum: quidquid libeat etiam licere sibi arbitrari. In cognatos item & consanguineos esse impium, violentum, nullo obsequio placabilem, non honestis vijs & modis, sed præpostera munificentia, corruptelis munerum, et vanorum promissorum spe, in fraudem alios illucere. In omnes esse leuem, iniurium, dolosum, contumeliosum, perfidum, crudelem; & tamen hæc ipsa scelera sub umbra verborum magnificorum et gloriosorum astute occultare. cumq; palam omnibus iniuriam, more lupi Æsopici faciat; tamen de factis sibi ab iisdem iniurijs malitiose & calumniose queri. Quam deniq; odiosum & abominabile est? ex mala scelerum perpetratorum conscientia semper anxium, suspicacem, & omnibus etiam domesticis suspectum & exosum esse: cumq; res suas sine ministris & amicis gerere non queat; & novorum fidem in tanta perfidia veterum experiri periculosum ducat; varium incertumq; agitari, ira vt neque res vlla, neque consilium, aut quisquam hominum satis placere possit:
mini-

7
ministros & domesticos indies mutare: modo aduersum hostes, interdum in solitudines pergere: sæpe in fuga, ac paulo post spem in armis habere: dubitare virtuti, an fidei popularium minus sit credendum: nec diem nec noctem vllam quietam ducere: neq; loco, neq; homini, neq; tempori cuiquam satis credere: amicos hostesq; iuxta metuere: omnia circumspectare: omni strepitu pauescere: alio atq; alio loco, sæpe contra decus suum, noctu cubare: interdum somno excitum arreptis armis tumultum facere: atq; adeo formidine continua quasi vecordia exagitari: & tamen tandem, iusto Dei iudicio, nolit velit, proprio exemplo cogi probare, verum esse, quod à Plautino Hegione in Captiuis dicitur. *Qui cauet ne decipiat, vix cauet, cum etiam cauet. Etiam cum cauisse ratus est, sæpe is cautor captus est.* Item eum, qui per fas & nefas aliena iniuste appetat, & inuadere moliat; sua propria iustissimè amittere: & tandem in pœnas quoq; acerbissimas, & exitum ferè tragicum præcipitari. Qui quidem ipsi cruciatus, angores & supplicia, cum tamquam vindices et furia quædam vltlices animum sceleratum, & malè sibi conscium fere soleant comitari; qui-

ri; quilibet, si sapiat, maturè sibi ab iisdem
cauendum sciat. Quod enim Cicero in o-
ratione pro C. Rabirio Postumo de Tragœ-
dijs dixit; id nos de historijs quoq; non in-
scitè, vt spero, poterimus vsurpare. Nos sci-
licet hæc scelerum & poenarum exempla, in histo-
rijs, non vt delectemur solum, legere & spectare
debere; sed vt cauere etiam & fugere ea disca-
mus. Quartum in hac serie locum obti-
net Scipio Africanus posterior, Iugurthæ a-
nimum à malis regnum acquirendi artibus
reuocans: eumq; secretò monens, vt publicè
potius quam priuatim amicitiam pop. Rom.
coleret: neu quibus largiri insuesceret. pe-
riculosè à paucis emi, quod multorum es-
set. Si permanere vellet in suis artibus; vl-
tro illi & gloriam & regnum venturum: sin
properantius pergeret; pecuniam & ipsum
præcipitem casurum. Id quod verè sibi à
Scipione prædictum fuisse, Iugurtha misera-
bili vita, & interitu suo funesto re ipsa postea
comprobauit. Quintum HIE Mpsal, iuue-
nis ferox, & propter generis nobilitatem
insolens: aliosq; genere sibi impares, gesti-
bus & actionibus præ se contemnens: imo
nec verbis aculeatis & contumeliosis, quan-
tumuis paulo post per iugulum redituris,
parcens.

8
parcens. Sextum ADHERBAL, homo pro-
bus, quietus, imbellis, placido ingenio, fa-
cile credens, atq; ideo oportunus iniuriæ,
metuens magis, quam metuendus: qui in-
felix, in caussa optima & iustissima, quan-
tumuis supplex, apud Romanos negligi-
gitur: & tandem innocens à Jugurtha
χεροδίνην opprimitur. Septimum Æmilius
SCAVRVS, vnus ex paucis illis, quibus tum
temporis aliquandiu bonum & equū diuitijs
carius videretur. Vir aliàs nobilis, con-
sularis, impiger, factiosus, auidus potentiæ,
honoris, diuitiarum: cæterum vitia sua ita
callidè occultans; vt etiam in senatu sua æ-
tate princeps haberetur: & vt L. Calpurni-
us Bestia consul, cum exercitu in Africam
traiecturus, eum sibi legatum adscisceret:
sperans ipsius auctoritate, quæ deliquisset,
munita fore. Qui quidem Scaurus,
tametsi à principio plerisq; corruptis, acer-
rimè aliquandiu Jugurtham impugnaverat;
tamen tandem ipse quoq; magnitudine pe-
cuniæ à bono honestoq; in prauum abstra-
ctus est: suaq; auctoritate, potentia, & ex-
emplo, alios quoq; à vero bonoq; impediuit.
Octauum L. OPIMIVS, princeps lega-
tionis ad Jugurtham tum missæ, homo cla-
rus &

B

rus &

rus, & in senatu potens, cum paullo ante
 in consulatu suo C. Graccho, & M. Ful-
 uio Flacco interfectis, acerrimè victoriam
 nobilitatis in plebem exercuisset. Huic
 quoq; multa dando & pollicendo perfecit
 Iugurtha, vti famæ, fidei, postremò omni-
 bus suis rebus commodum hostis Reipub.
 anteferreret. Nonum, L. CALPURNIUS
 BESTIA Consul, in quo multæ bonæq; ar-
 tes animi & corporis erant: quas omnes aua-
 ritia præpediebat. patiens laborum, a-
 cri ingenio, satis providens, belli haud i-
 gnarus, firmissimus contra pericula & in-
 fidias. qui etiam initio paratis commeati-
 bus acriter Numidiam ingressus est: mul-
 tosq; mortales, & vrbes aliquot pugnando
 cepit. Sed vbi Iugurtha cum pecunia
 per legatos tentare; belliq; quod admini-
 strabat asperitatem ostendere cœpit: a-
 nimus æger auaritia facile conuersus est.
 Tanta vis gratiæ atque pecuniæ regis
 tum erat! tamque adeò paucis carior fides
 quam pecunia fuit! atq; ita reipsa patuit ve-
 rissimum esse illud scitè & argutè scriptum
 à Nazianzeno.

χρυσῶν λαλοῦντ' ὁ πᾶς ἀπρακτεῖται λόγος.
 πείθειν γὰρ αἶδε, κὰν πέφυκε μὴ λέγων.

Hoc est

Auro

Auro loquente cesset eloquentia.

Persuadet id, mutum licet sit, omnia.

Decimum C. MEMMIUS, non dissimilis Cleoni Attico, tribunus pl. vir acer, infestus potentiae nobilitatis, ingenio & sermone liber, cuius ea tempestate facundia Romae clara pollensq; fuit. qui etiam, inter dubitationem & moras senatus, concionibus populum ad vindicandum hortabatur: monebat, ne remp. ne libertatem suam defererent: multa superba & crudelia facinora nobilitatis ostendebat: prorsusq; intentus plebis animu accendebat: nec quiescebat, donec Iugurtha Romam fide publica perductus, ipsi pop. Romanam dedititius se sisteret. Quo quidem ipso tempore dignitati tamen magis quam irae consulens, multitudinis regi infestae, eumque ad supplicium deposcentis motus turbidos sedabat: eiusque animos molliebat, confirmans, fidem publicam per se inuiolatam fore. Undecimum C. BAEBIVS trib. pl. quem in causa pessima, & palam omnibus nota, infami, & exosa, nihilominus Iugurtha magna mercede patronum sibi parat, cuius audacia, impudentia, & venali lingua, contra ius & iniurias omnes munitus foret. Qui etiam priuilegijs officii

B 2

& digni

& dignitatis suæ abutens, Iugurtham à Memmio in publicum productum et accusatum, omnibus indignantibus et inuitis, tacere iussit: præsentiq; cum periculo, etiã cum concionis ludibrio, eripuit. Tanta scilicet vis auaritiæ in animos tum plerorumq;, veluti tabes, inuaserat! Duodecimum L. CASSIUS prætor ad Iugurtham missus, vt eum dedititium, interposita fide publica, Romam deduceret. Cui ille timido, & ex conscientia diffidenti rebus suis, persuadet; quoniam se p. Ro. dedidisset; ne vim quam misericordiam eius experiri malit. priuatim præterea fidem suam interponit: quam Iugurtha non minoris quàm publicam ducebat. talis ea tempestate fama de Cassio erat. Tertiumdecimum S. P. ALBINVS Cos, eiusq; frater Aulus, quorum socordia & imperitia; & huius quoque vanitate, timore, & amentia cum auaritia coniuncta, factum est, vt multi ex Romanis militibus ad hostes transfirent: reliqui fame & ferro conclusi, acceptis fœdissimis conditionibus, sub iugum mitterentur: totus deniq; exercitus omni imperio soluto, licentia, atq; lasciuia difflueret: vt ita successorum horum plus ex malis moribus sollicitudinis; quam ex copia mi-

10
pia militum, auxiliij aut bonæ spei accederet. Quartumdecimum Q. CÆCILIVS METELLVS Numidicus, acris vir, & quanquam aduersus tum populi partibus; fama tamen æquabili & inuiolata. quæ antequam vrbe excederet, omnia quæ in bello vario, & multarum rerum egente vsui esse solent, studiosè comparauit: magnaq; spe ciuium in Numidiam profectus est: cum propter bonas artes; tum maximè quod aduersum diuitias inuictum animum gerebat: & auaritia Magistratum ante id tempus in Numidia Romanorum opes contusæ, hostiumq; auctæ erant. Delatus igitur in prouinciam, ad exemplum Scipionis Æmilianii, qui idem ad Numantiam fecerat; statuit non prius bellum attingere; quam maiorum disciplina, milites laborare coëgisset. Qua in difficultate Metellum non minus quam in rebus hostilibus magnum & sapientem virum fuisse perspicitur: tanta temperantia inter ambitionem, sæuitiamq; moderatum. Namq; edicto primum adiumentum ignauia sustulisse dicitur: ne quisquam in castris panem, aut quem alium coctum cibum venderet: ne lixæ exercitum sequerentur; ne miles gregarius in castris, neue

B 3

in

In agmine feruum aut iumentum haberet & cæteris arte modum statuisse. præterea transuersis itineribus quotidie castra mouisse: iuxta ac si hostes adessent, vallo atque fossa ea munuisse: vigilias crebras posuisse: & eas ipse cum legatis circuiuisse. item in agmine in primis modo, modo in postremis, sæpe in medio adfuisse, ne ququam ordine egrederetur: vt cum signis frequentes incederent: miles cibum & arma portaret. Atque ita prohibendo à delictis magis quam vindicando, exercitum breui confirmasse. Quo facto, etiamsi Iugurtha signa deditiois præ se ferret; tamen regiam subdolo minimè fidem habendam censens, non minus, ac si hostes semper adessent, munito agmine incessit: latè omnia explorauit: omnia illa deditiois signa ostentui credidit, & insidijs locum quæsiuit: regi pacem quam postulabat neque abnuit, neque pollicitus est: atque ita hostem suis artibus tentans, verbis ei pacem nunciavit; re autem vera bellum ei asperimum intentauit: & prælio quoq; tandem commisso, in loco quantumuis aduerso virtute victor, hostium agro potitus est: ipsumque adeo Iugurtham ex Auli socordia paulo

11
paulò ante magnificum, spem salutis suæ
in fuga & solitudine habere coëgit. Ne-
que tamen victoria hac factus remissior, o-
mnibus modis, ne hosti opportunus fieret,
cauit: memorque post gloriam inuidiam
sequi; quò clarior eò magis anxius fuit.
In hibernis quoque nequaquam, ex aliorum
more, tempus quieti aut luxuriæ concessit;
sed quoniam armis parum procedebat, insi-
dias hosti per amicos tendere; eorumque
perfidia pro armis uti instituit. Huic ta-
men tanto viro (ut in rebus humanis fe-
rè nihil est ab omni parte beatum aut per-
fectum) cui virtus, gloria, atque alia o-
pranda bonis superabant; tamen infuit
contemptor animus, & superbia, commu-
ne nobilitatis malum. qua elatus, C. Ma-
rij indies crescentem gloriam, & ei adiun-
ctam dignitatem consularem, usque a-
deò ferre non potuit; ut ijs supra bonum at-
que honestum percussus, nimis molliter æ-
gritudinem illam pateretur: magisque ho-
nore Marij, quam iniuria sua excrucietur.
Cuius etiam in prouinciam delati conspe-
ctum fugit: ne videre cogeret ea, quæ audi-
ta tolerare animus nequiuerat.

Quin-
tumdecimum **C. MARIUS**, respondens
aruspici-

aruspicum ad spem Consulatus erectus: ad quem capiendum, præter vetustatem familiæ, alia omnia abundè ei erant: industria, probitas, militiæ magna scientia, animus belli ingens, domi modicus, libidinis & diuitiarum victor, tantummodo gloriæ avidus. Erat is natus, & per omnem pueritiam educatus Arpini. Vbi primum ætas militiæ patiens fuit, stipendijs faciundis, non Græca facundia, neq; vrbans mundicijs sese exercuit. Ita inter bonas artes integrum ingenium breui adoleuit. Primo tribunatum militum à populo impetrauit. Deinde ab eo magistratu alium post alium sibi peperit: semperq; in potestatibus eo modo egit; vt ampliorem, quam gerebat, dignus haberetur. Consulatum tamen, quem postea septies gessit, propter generis ignobilitatem petere tum non audebat. Nobilitas enim inuidia æstuans, honorem consularem quasi pollui credebat, si eum quamuis egregius homo nouus adeptus foret. In primo autem hoc consulatu ipse de se gloriatur, quod benefacere ex diuturna consuetudine iam in naturam sibi versum sit: quod nihil nisi turpem famam metuat: quod æstatem & hiemem iuxta patiatur: quod humi re-
quiesce-

12
quiescere, eodemq; tempore inopiam & la-
borem tolerare possit: quod sudor & puluis
sibi epulis iucundiora sint. Idem in expedi-
tione hac impigrè prudenterq; suorum &
hostium res pariter attendit: cognoscit quid
boni vtrisque aut contra sit: explorat itinera:
quasi nullo imposito omnia prouidet ipse:
apud omnes adest: laudat vel increpat me-
rentes: ipse semper armatus intentusq; tales
etiam milites esse cogit: neque secus atq; si
hostis adesset iter facit: castra munit: vigili-
as ipse circuit: non tam diffidentia futuro-
rum quæ imperauisset; quam vti militibus
exequatus cum imperatore labor volentibus
esset. Hostium deniq; consilia & insidia an-
teuenit: nihil apud se remissum, neq; apud
illos tutum patitur. Talis tamen tantusq; vir
postea ambitione præceps datus est. Sex-
tumdecimum T. TURPILIUS SI-
LANVS, præfectus oppidi Vaccensis, eiusq;
centuriones tribuniq; militares, die quodam
festo, qui per omnem Africam solemniter
celebrari soleret; atque ideo ludum & lasci-
uiam magis, quam formidinem ostentabat,
alius alio inuitati, & omnes, præter Turpi-
lium, inter epulas obruncati. Post quos
portis oppidi clausis, milites quoq; palantes,

B 5

iner-

inermes, & trepidantes, quippe tali die, & sine imperio, partim virorum armis; partim etiam iactu saxorum à pueris & mulierculis trucidati sunt: atque ita credulitatis suæ in terra hostili nimis securæ, meritas pœnas dedere. Turpilius autem, quod vnus ex omnibus profugisset intactus; quodq; ita illi in tanto & communi omnibus malo turpis vita, integra fama potior fuisset; improbus intestabilisque visus est: atque ideo postea condemnatus, verberatusque, pœnas capite soluit. Septimumdecimum BOMILCAR, qui olim cupiditatum & scelerum Iugurthæ, cum aliàs, tum imprimis in Mafsiua infidiosè obruncando sedulus minister fuerat: is postea pollicitationibus à Metello facile inductus est, vt Iugurtham quoque ipsum, quem scilicet per maximam amicitiam maxima fallendi copia esset, vel viuum, vel necatum Romanis traderet. Ideoque ille socio sui instituti Nabdalsa quodam infeliciter sibi adhibito, suspectus Iugurthæ, & ipse eum suspiciens; tandem repatfacta, cum socijs insidiarum interfectus est: atque ita præmium sceleris ab eo ipso accepit, in cuius ante gratiam sceleratè agere

13

agere non erubuerat: suaque exemplo nunc quoque docet, nemini satis tuto fidem haberi, qui semel in gratiam magnatis alicuius scelus quodpiam perpetrare non est veritus. Idem enim, si spes lucri affulgeat, vel illum ipsum magnatem herum suum alijs prodere non verebitur. Octauumdecimum fratres PHILÆNI, qui patriæ quam vitæ suæ longiores terminos esse malentes, viui terra obruti, seque vitamque suam Reip. condonauere. Nonumdecimum L. CORNELIVS SYLLA patritiæ gentis nobilis, litteris Græcis iuxta ac Latinis doctissimè eruditus: animo ingenti, cupidus voluptatum, sed gloriæ cupidior: in otio luxuriosus, ita tamen vt ab negotijs numquam eum voluptas remorata sit: facundus, callidus, & amicicia facilis: ad simulanda negotia altitudine ingenij incredibili: multarum rerum, ac maximè pecuniæ largitor. Ad hoc milites benignè appellabat: multa rogantibus; alijs per se se ipse beneficia dabat: inuitus accipiebat: sed ea properantius, quam æs mutuum, reddebat: ipse à nullo repetebat. Magis id laborabat, vti illi quam plurimi deberent: iocæ
atq;

atque seria cum humilimis agebat : in operibus, in agmine, atq; ad vigiliis multus erat : neque interim , quod prava ambitio solet, consulis aut cuiusquam boni famam lædebat : tantummodo neq; consilio, neq; manu alium priorem patiebatur : plerosque etiam anteueniebat. quibus rebus & artibus breui Mario militibusque carissimus factus est. Eidem felicissimo omnium ante ciuilem victoriam, nunquam super industriam fortuna fuit : multiq; dubitauere fortior an felicior esset. Post ciuilem vero victoriam que fecerit, Sallustius ait, incertum se habere, pudeatne magis an pigeat differere. Ita quam rara sit virtutis excellentis quoq; nisi à Deo gubernetur & conseruetur, constantia, ex huius quoq; Syllæ tam enormi mutatione perspicitur. Vigésimum L. SISENNA, optimè & diligentissimè omnium suam historiam persecutus : sed tamen ore parum libero locutus: quod in historico teste veritatis, quæ anima historiæ est, incorruptæ, admodum vitiosum censetur. Primum & vigésimum BOCCHVS rex Mauritaniae, fide Punica, & superbia quidem infamis; sed tamen magnificentiae laudem affectans: qua vinci regem flagitiosius putat; quam armis superari.

Volun-

Voluntate tamen vt vehemens, ita mobilis,
& sæpe sibi ipsi aduersus. Vultus quoq; &
coloris, ac motus corporis pariter atq; ani-
mi varietate, occulta pectoris patefaciens: &
sui commodi causa ne generum quidem
Romanis prodere erubescens. Et hæc qui-
dem de personis, in hac Historia præcipuè e-
minentibus dixisse satis sit. Iam res quoq;
potissimum obseruandas paucis delibemus.
Qua quidem ipsa in parte, sicuti & in supe-
riori, palam animaduertimus, verissimum
esse, quod de historia sapienter scripta dixit
Thucydides, eam esse *κλήμα δὲ ἀπὸ ζυγεί-
μων*: seu perpetuum omnis generis, tam
honorum, quam malorum exemplorum the-
saurum: vel potius designationem ac thea-
trum naturæ, ingeniorum, morum, consilio-
rum, negotiorum, virtutum, scelerum & e-
uentuum totius generis mortalium: quod
quis mediocri prudentia, & rerum quæ in
mundo geruntur intelligentia valens, ad o-
mnia mundi tempora accommodare facile
queat. Quot enim, si oculos animi huc il-
luc, saltem in regiones nobis cognitæ cir-
cumferamus, quot inquam, nostro quoq;
tempore Iugurthas, Hiempsales, Scauros,
Opimios, Bestias, Bæbios, Albinos, Aulos,
Turpi-

Turpilos, Bomilcates, Sisennas, & Boc-
chos passim inueniemus? ad quos cum
Horatio nostro dicere quis non immeritò
possit. *Mutato nomine de te fabula narratur.*
Fortè autem in huiusmodi disquisitione ali-
qui etià Scipiones, Metelli, Cassij, Memmij,
Marij, Syllæ deprehenderentur: sed ij tamen
rariores. Sicut omnibus ætatibus virtus heroi-
ca rara fuit: inq; ea ipsa, præsertim apud ho-
mines gentiles, verè sunt *Et bona mixta ma-
lis, & mala mixta bonis.* Ad rerum verò &
euentuum similitudinem quantum spectat,
an nullibi nostra quoq; ætate proximis annis
accidit? vt viri egregij & nobiles, qui aperta
vi non possent, per dolum, & specie conui-
uorum solemnium, instar Hiempsalis, & so-
ciorum Turpilij, inter epulas, aut etiam in
cubiculis suis iugularentur. An nunquam
audiuisti de paratis portarum clauibus adul-
terinis? quibus noctu in domum heròis
alicuius illustris aditus militibus fit pa-
tefactus: qui, postquam in ædes irrupissent,
diuersi heroëm illum quæsiuerint: dormi-
entes alios, alios occurstantes interfece-
rint: loca abdita scrutati sint: clausa ef-
fregerint: quoad quæsiiti illius caput, ad
eos, à quibus ad hoc conducti fuerant, refer-
re pos-

15
re possent. Numquid in his continuis mul-
torum annorum bellis nullibi exercitum in-
uenias? qualem ab Albino in Africam ve-
niens accepisse scribitur Q. Metellus, iner-
tem, imbellem, neque periculi neque labo-
ris patientem: lingua quam manu promptio-
rem: prædatorem ex socijs; & ipsum præ-
dam hostium: sine imperio & modestia
habitu: magis pedibus quam armis confi-
dentem. An nullos tu in Rebuspub. &, quod
dolendum est, scholis quoq; Metellos inueni-
es? quibus plus ex ciuium & discipulorum
malis moribus sollicitudinis; quam ex co-
pia & numero eorundem voluptatis aut bo-
næ spei accedat. Ecquid nullibi iam Metel-
lo aliquo opus esse dices? qui laxissima, &
passim vbique; rupturam minantia; vete-
ris disciplinae vincula iterum constringat:
qui edicto & seueritate debita, primum ad-
iumenta vitiorum & scelerum tollat: cæte-
ris arte modum statuatur: & ad laborum pati-
entiam & constantiam omnia reuocet, ne
tam sit *Impatiens operum, & luxu corrupta iuuen-
tus*. Qua quidem de re ipse Cicero quoq; iam
tum in hanc sententiam alicubi scripsit.
*Nullum munus Reipub. afferri maius meliusue posse,
quam si doceamus atq; erudiamus iuuentutē, ijs præ-
sertim*

sertim moribus atq; temporibus, quibus ita prolapsa sit; ut omnium opibus refrenanda atq; coercenda videatur. Quoties etiam nostra ætate accidit? ut in urbium obsidionibus, alijsue difficultatibus, homines miseri & miserabiles, minus sibi à morte quam ab hostium immanitate barbarica metuentes; omnem illis prædam corruerint: videntes nimirum muros suos machinis bellicis quassari: resq; suas prorsus afflictas & desperatas esse. quiq; ideo aurum argentumq;, & alia quæ prima ducuntur, in vnum aliquod templum vel domum comportauerint: ibiq; & illa, & domum, & semetipsos inflammauerint: & quas victi ab hostibus pœnas metuerant, eas ipsi volentes pependerit. An non multos quoq; nostra ætate inuenies, de quibus cum Mario iure conqueri possis, eos peculiari quodam & artificio, & compositæ orationis umbra, turpia sua facta tegere, ita callidè ut litteræ quas didicere, aut docent, nihil ipsis ad virtutem & vitæ innocentiam profuisse videantur. Tam incredibiliter ipsorum vita orationi repugnat, ita quidem, ut cum hoc ipso Mario verè gloriari minimè queant; Nulla se oratione lædi posse. quippe ea si vera sit; necesse esse, ut bene prædicet: fal-

16
1
cet: falsam mores vitamq; suam superare &
refellere. An nunquam nostro saeculo in
bellis aut alibi ita se res dedere, vt dici pos-
sent forte fortuna qua consilio melius gestae:
& vt forte correcta audaculi alicuius C. Ma-
rij Simioli temeritas, gloriam ex culpa inue-
niret. Nunquid nemo suo malo nostro tepo-
re in imperio suo expertus est, Melius esse a-
micos quam seruos quaerere: & tutius volen-
tibus quam coactis imperari: atq; ideo satius
esse pudore potius quam malo sibi suppositos
coercere: imo hostes quoq; barbaros, eo-
rumq; legatos, rectius & tutius benignitate
& munificentia; quam vi & armis tentari,
flecti, & conciliari. An nullibi in commu-
nibus hisce & publicis patriae calamitatibus
inueniemus praeposteros aliorum iudices &
condemnatores, qui, contra quam Syllae hic
placet, aequo ferocius de alijs miseris, & saepe
innocentibus, magis odio partis, cui mala
illa parantur; quam cura salutis publicae, sta-
tuant & decernant: scilicet omnia malen-
tes, quam victi abire: & ignari humanarum
rerum, quae fluxae & mobiles, saepius in ad-
uersa mutantur: nec persuasum sibi haben-
tes, cuiq; atq; adeo sibimet quoq; ipsis acci-
dere posse, alijs quod accidit: aut verum hoc
C esse

esse Sallustij nostri; *Quæ res plerumq; magnas
ciuitates pessum dedit, Dum alteri alteros vincere
quouis modo, & victos acerbè ulcisci volunt.*
Cum tamen longè hic esset *καλῶς κρατῆ-
ρα κρείττον, ἢ νικᾶν κακῶς*, vt Nazianze-
nus ait. An nusquam locum habuit, aut
habitura est Oratio Syllæ? qua milites ante
prælium hortatur, vti fortem animum ge-
rant. Sæpe ante à paucis strenuis aduersus
multitudinem benè pugnatum: quantò sibi
in prælio minus pepercissent; tantò tutiores
fore. Nec decere, quem manus armauerit, ab
inermibus pedibus auxilium petere: in ma-
ximo metu nudū & cæcum corpus ad hostes
vertere: & cum semel honestè mori quis pos-
sit; malle tamen turpiter fugiendo nihilomi-
nus paulo post morbo periturae parcere vitæ. An
nulli amplius in mundo reges aut magnates
superfunt? quorū voluntates vt vehementes,
sic mobiles, & sæpe ipsæ sibi aduersæ sint.
Numquid nulli in orbe Christiano genti aut
Reip. illa Micipsæ ad concordiam, qua par-
uæ res crescant; magnæ dilabantur, adhor-
tatione opus est? Ecquid præter Romanam
nulla vrbs, aut Ordo, aut gens est, de qua me-
rito cum Iugurtha dici possit, in ea omnia
venalia, imò ipsam quoq; venalem esse, &
maturè

17

in mature perituram, si emptorem inuenerit: &
item in ea ad virtutis insignia plurimos sine
virtute ipsa aspirare: potentes largi-
tione & gratia magis, quam causæ boni-
tate fretos, innocentes iudicijs superare. in
eius item deliberationibus non optimam,
sed eam senatus partem vincere, quæ ve-
ritati & bono publico precium & priua-
tam gratiam anteponat. in ea item fortius
homines pro libertate & patria loqui, quam
pugnare: tempus trahendo & consultatio-
nibus prolatandis, optima consilia, & rei be-
nè gerendæ occasiones corrumpi: & tergi-
uerfatione ac mora alios ludibrio haberi.
An nulla iam hominum societas est? in qua
causis etiam pessimis, & manifestè scele-
ratis, honesti prætextus, & *χρήματα & λόγος*,
patroni item & patrocinia non desint. in qua
non solū innocentia et veritati plus periculi
quam præmij aut honoris sit: sed vbi etiam
quam quisq; pessimè fecit, aut facit; tam
maximè tutus sit: in qua fides, decus, pietas,
honestas inhonestaq; omnia quæstui sint: in
qua ipsa respub. domi militiaq; venalis sit,
& scelera quantumuis graua, tamen consue-
tudine iam pro nihilo habeantur: in qua
homines tam in priuatis quam in publicis

negotij cupiditati & iræ, pessimis consulto-
ribus, indulgeant. Numquid aurum iam
vim suam pristinam prorsus amisit? ita ut
nulli inuenire possint, in quorum animis,
munerum interuentu, tanta commutatio fiat
aut facta sit voluntatum; ut eorum largito-
res, ex maximo odio & inuidia, in summam
gratiam & fauorem peruenirent. An nus-
quam iam tales pacificationes & reconcilia-
tiones instituuntur, in quibus ad vnum ali-
quem turbulentum hominem summa scele-
rum impunitas; ad paucos præ alijs emi-
nentes maximæ diuitiæ; ad rempublicam
damna & dedecora perueniant. Num prorsus
iam ex rebus mortalium euauit gens il-
la, tam incredibili dominandi cupiditate ar-
dens, ut totum alterius sibi vicinæ gentis im-
perium animo iam inuaserit: quæquæ metum,
si qui est, suum omnem, à sua trepidatione,
in illius incuriam, cunctationem, & ignaui-
am, non sine ludibrio, transtulerit? Ecquid
tam procul à nobis abesse iam eos Ordines,
populosquæ arbitrabimur? ad quos merito
cum Memmio dici possit; *Si tantam vos liber-
tatis curam haberetis; quam illi ad dominationem
accensi sunt; profectò nequæ respublica, sicuti nunc,
vastaretur: & beneficia vestra penes optimos, non
audacis-*

audacissimos vel effœminatissimos forent. Neq;
ij, quos flagitiosos esse nec pudet, nec pœnitet, ince-
derent per ora vestra magnificè, sacerdotia, opes,
& dignitates suas ostentantes. perinde quasi ea ho-
nori non prædæ habeant. Serui ære parati, iniusta
imperia dominorum non perferunt; vos in imperio
nati, æquo animo seruitutem tolerabitis? eosq; qui-
bus vos terrori esse decet, tantopere timebitis?
Maius certè dedecus est parta amittere, quam omni-
no non parauisse. An nulli iam, præter Nu-
midarum plebeculæ, conueniet? eam inge-
nio mobili, seditiosam ac discordiosam esse,
cupidam nouarum rerum, quieti & otio ad-
uersam. Ecquid nulla respublica reperiri
hodie possit? in qua studia partium popu-
larium, & factiones senatus, ex otio atq; a-
bundantia voluptatum, diuitiarum, hono-
rum, aliarumq; rerum, quæ prima mortales
ducunt, natæ sint. cum in eâdem olim popu-
lus & senatus placidè modesteq; inter se
Rempub. tractassent: & inter ipsos ciues,
neq; gloriæ, neq; dominationis certamen
fuisset. Vtpote cum metus hostilis in bonis
tum artibus ciuitatem illam retineret. qua
tamen formidine sublata, mox ea quæ se-
cundæ res amant, lasciuia atq; superbia in-
cessere. atq; ita, quod in aduersis optaue-
rant,

rant, otium postq̄; adepti sunt, asperius id
acerbiusq̄; fuit. An nullus iam locus est, v-
bi nobilitas dignitatem suam in superbiam;
plebs libertatem in libidinem vertat: vbi
quisq̄; sibi ducat, trahat, rapiat: vbi omni-
bus in duas partes seu factiones abstractis,
respublica in medio relicta, vtrinq̄; dilacera-
ta sit. vbi nobilitas factione magis polleat:
plebis vis soluta, atq̄; in multitudine disper-
sa, minus possit: vbi paucorum arbitrio
omnia agantur: omnes honores & pecu-
niæ distribuantur: populus militia & ex-
actionibus vrgeatur; prædas & lucra po-
tentiores cum paucis diripiant: vbi paren-
tes & parui liberi tenuiorum, vti quisque
potentiori confinis est, sedibus pellantur.
Vbi denique potentia cum auaritia coniun-
cta, sine modo modestiaq̄; inuadat, pol-
luat, & vastet omnia: nihil pensi, neque
sancti habens, quoad semetipsam præcipi-
tet. Numquid nullum iam amplius v-
sum habent, quæ in oratione sua ad Qui-
rites de vera nobilitate, non tam in gene-
ris & maiorum splendore; quam in propria
virtutis excellentia consistente admodum
egregiè differit C. Marius? An nullus de-
inceps axiomatis huius polliciti vsus esse
pote-

19
poterit? In repub. multo prestare beneficij
quam maleficij immemorem esse. Bonum tantum-
modo segniores fieri ubi negligas; at malum im-
probiorem. Si autem iniurie non sint; haud saepe
fieri ut auxiliij quis egeat. Praeterea, nul-
line deinceps Regno aut Reipub. honorifi-
cum erit hoc agere, ut una cum pop. Ro.
verè gloriari possit; Nunquam se à quoq;
beneficijs victam esse. An nulli deinceps re-
gi aut Reipub. vsui esse poterit illud Metel-
li ad Bocchum? quanquam opibus suis confide-
ret, tamen non debere eum incerta pro certis muta-
re. Omne bellum sumi facile; ceterum aegerrimè
desinere. Non in eiusdem potestate initium eius
& finem esse: incipere cuius etiam ignavo li-
cere; non deponi, nisi cum victores velint: proin-
de sibi regnoq; suo consuleret: neu florentes res suas
cum Iugurthæ perditis misceret. An in magnis
diuturnisq; duarum ciuitatum aut gentium
bellis, in quibus utrinq; terra mariq; sæ-
pe legiones & classes fusæ fugatæq; sunt;
& in quibus alteri alteros fatis iam attri-
uerunt; nunquam deinceps opus erit ve-
reri? ne mox victos victoresq; defessos (si-
cuti in fabulis Ciconia ranas & mures) alius
aggrediatur, & utrosq; opprimat. An ne-
mo posthac præter Iugurtham experietur,

quam grauis ex regno in seruitutem casus sit?
Nullumne considerare & perpendere deinceps decebit ea, quæ statim in proœmio Iugurthæ diuinitus quodammodo disseruntur, de vita hominis satis longa & diuturna, si modo tota bene & rectè collocetur. Item de excellentia animi atq; ingenij humani, eiusdemq; operum & facinorum præstantia. de corporis item, etiam cum bestijs nobis communis, imbecillitate fluxa & caduca: eiusq;, sicuti etiam fortunæ bonorum inconstantia, varijs vicibus & casibus obnoxia. de voluptatum deniq; & libidinum in homine belluinarum turpitudine & pernicie: cuius vis non solum in corpus, verum in animum quoq; atq; ingenium humanum, vnà cum ætatis quoq; & temporis iactura irreparabili, redundet. An nullo iam vsquam loco aut tempore in mundo sit, vt homines furtim, & malis potius quam bonis artibus, ad dignitates & honores nitantur; Perinde quasi prætura, & consulatus, atq; alia omnia huiusmodi, per se ipsa clara, & magnifica sint; ac non perinde habeantur, vt eorum, qui ea sustinent, virtus est. Nulline posthac scire vel audire expediet? neminem ignauia factum immortalem. Item sæpe in victoria fieri, vt victor plus
etor plus

20

ctor plus sibi timoris quam potentiae addat:
Item res humanas ita se habere, vt in victo-
ria vel ignavis gloriari liceat: aduersas res
etiam bonos detrectare. Item, Homini fa-
ctioso, & potentiam quaerenti, egentissi-
mum quemq; oportunissimum esse; vtpote
cui neq; sua, quae nulla sunt, cara sint; & cui
omnia cum precio honesta videantur. De
quibus sanè omnibus & singulis, atq; adeo
his etiam multo pluribus, admonitiones &
exempla saluberrima in hoc scriptore pas-
sim se offerunt. Sed cum ab eodem inter il-
las haec quoq; cautio nobis occinatur; fru-
stra rem alienam suo periculo agentem ni-
ti, neque aliud se defatigando nisi odium
quaerere, extremae dementiae esse; id sanè
mihi quoq; dictum putans, plura de his non
addam, ne quis ex hac Romanorum tum
temporis vitiorum congerie, suos quoque
morbos, mala conscientia exstimulante, re-
cognoscens; mihi, quod vlcus illud incon-
sultius tetigerim, fortè succenseat. Neq; e-
tiam magnopere opus esse existimo, plura
superioribus adiungere: cum ex ijs quae dicta
iam sunt, tamquam ex vngue leonem, reli-
qua etiam qualia sint, conijcere & intellige-
re, sine magno negotio, quiuis possit. Præ-
tereo

tereo iam historiæ huic inserta tot egregia-
rum Orationum, & memorabilium Episto-
larum insignia exempla: tot regionum, lo-
corum, personarum, castrorum, obsidio-
num, præliorum, strategematum insignes
descriptions: tot politica præcepta & ob-
servations: quas sanè hac vestra florente æ-
tate ex libris & in scholis cognoscere & im-
bibere fatius & tutius est; quam proprio a-
lienoq; periculo in earum experientiam se-
rò tandem peruenire. Omnino autem ve-
rissimum est, quod apud Dionysium Hali-
carnasseum *δεχαιολογ.* lib. X. T. Romu-
lius vir prudentissimus pronunciat *κράτιστα*
ὄδ' οἰκεῖται πόλις, ἢ πρὸς τὰ πράγματα με-
ταρμοτομομένη. καὶ συμβούλων ἄριστος, ὁ
μὴ πρὸς τῶν ἰδίων ἐχθερῶν ἢ χάριν, ἀλλὰ
πρὸς τὸ κοινῆ συμφέρον ἀποδείκνυμενος
γνώμων. βουλεύονται τε ἄριστα περὶ τῶν
μελλόντων οἱ παρὰδείγμα ποιούμενοι τὰ γε-
γονότα τ' ἐσομένων. Optime enim, inquit,
administratur civitas, dum præfenti se for-
tunæ accommodat: & optimus consultor
est, qui non ad odium & gratiam priuatam,
sed ad utilitatem publicam sua consilia at-
temperat. Nec aliunde melius consilia pe-
tuntur,

tuntur, quæ in futurum profint, quàm à præ-
 teritarum rerum exemplis. Quod equidem
 sine cognitione historiæ fieri non potest, de
 quo alibi prolixius agendi se offeret oportu-
 nitas. Vos ijs quæ hætenus dicta sunt
 probè consideratis & intellectis, hanc quoq;
 partem pusilli Latinorum Thucydidis, ipsi-
 us scilicet Sallustij historiæ dignissimam esse
 censebitis, quæ quàm studiosissimè à
 vobis audiatur & cognoscatur.

In cuius quidem explicatio-
 ne, Deo iuuante, meo
 officio minimè sum
 defuturus.

F I N I S.

LECTORI S.

CVM proæmij Iugurthæ Sallustij quædam qua-
 si paraphrasis sit liber Senecæ ad Paulinum
 de Breuitate vitæ, eius partes aliquas insigniores
 subiungere hic libuit, ne paginæ quæ sequuntur tibi
 vacuæ obtruderentur.

Maior, inquit, pars mortalium, Pauline, de na-
 turæ malignitate conqueritur, quod in exiguum æui
 gignimur: quod hæc tam velociter, tam rapidè da-
 ti nobis temporis spacia decurrant: adeo ut exce-
 ptis ad

septis ad modum paucis, ceteros in ipso vite apparatusu vita destituat. Nec huic publico, ut opinantur, malo, turba tantum & imprudens vulgus ingemuit. Clarorum quoque virorum hic affectus querelas euocauit. Inde illa maximi medicorum exclamatio est. Vitam breuem esse, longam artem. Inde Aristoteli cum rerum natura exigenti, minimè conueniens sapienti viro lis est: illam scilicet animalibus tantum indulgisse, ut quina aut dena secula edurent: homini in tam multa ac magna genito, tanto citiorem terminum stare. Non exiguum temporis habemus, sed multum perdimus. Satis longa vita, & in maximarum rerum consummationem largè data est, si tota bene collocetur. Sed ubi per luxum ac negligentiam defluit, ubi nulli rei bonæ impenditur; ultima demum necessitate cogente, quam ire non intelleximus, transisse sentimus. Ita est. non accepimus breuem vitam, sed fecimus: nec inopes eius, sed prodigi sumus. Sicut amplæ & regie opes, ubi ad malum dominum peruenierunt, momento dissipantur: at quamuis modicæ, si bono custodi traditæ sunt, usu crescunt: ita ætas nostra benè disponenti multum patet. Quid de rerum natura querimus? illa benignè se gessit. Vita, si scias uti, longa est. Alium insatiabilis tenet auaricia: alium in superuacuis laboribus operosa sedulitas: alius vino madet: alius inertia torpet:

pet:

22
pet: alium defatigat ex alienis iudicijs suspensa
semper ambitio: alium mercandi præceptis cupiditas
circa omnes terras, omnia maria spe lucri ducit.
Quosdam torquet cupido militiæ, nunquam non
aut alienis periculis intentos, aut suis anxios.
Sunt quos ingratus superiorum cultus voluntaria
seruitute consumat. Multos aut affectatio alienæ
fortuniæ, aut suæ odium detinuit. Plerosq; nihil
certum sequentes, vaga & inconstans, & sibi di-
splicens leuitas, per noua consilia iactauit. Qui-
busdam nihil, quo cursum dirigant, placet: sed
marcentes oscitantesq; fata deprehendunt: adeo ut
quod apud maximum poëtarum more oraculi di-
ctum est, verum esse non dubitem: Exigua pars
est vitæ quam nos viuimus. Cæterum quidem o-
mne spacium non vita, sed tempus est.

Simul ad temporis iacturam ventum est, pro-
fusissimi sumus in eo, cuius unius honesta aua-
ricia est. Quam seruum est, tunc viuere inci-
pere, cum desinendum est? Quæ tam stulta mor-
talitatis obliuio, in quinquagesimum & sexagesi-
mum annum differre sana consilia: & inde velle
vitam inchoare, quò pauci perduxerunt?

Viuere tota vita discendum est: & quod
magis fortasse miraberis, tota vita discendum
est mori.

Non est itaq; quod quenquam propter canos

aut ru-

aut rugis putes diu vixisse. Non ille diu vixit,
sed diu fuit. Quid enim illum multum putas na-
uigasse, quem saeva tempestas à portu exceptum huc
& illuc tulit, ac viribus ventorum ex diuerso fu-
rentium per eadem vestigia in orbem egit? Non
ille multum nauigauit, sed multum iactatus est.

Omne enim quod fortuito euenit, instabile est:
quod altius surrexit, oportunitum est in occasum.
Neminem porro casura delectant. Miserrimam
ergo necesse est, non tantum breuissimam vitam
eorum esse, qui magno parant labore, quod maio-
re possideant: operose assequuntur quae volunt:
anxij tenent quae assecuti sunt.

Omniū quidem occupatorum conditio mise-
ra est: eorum tamen miserrima, qui ne suis qui-
dem occupationibus laborant. ad alienum dormi-
unt somnum, ad alienum ambulant gradum, ad a-
lienum comedunt appetitum, amare & odisse
res omnium liberrimas iubentur. Hi si
velint scire quam breuis ipsorum
vita sit; cogitent, ex quota
parte sua sit.



231
IOANNES CASELIUS

S. D.

NATHANI CHYTRÆO.

Perlustraveram cupidè, etsi aliud agens, ut tibi
retuli, quæ ad Iugurtham annotasti: ut vide-
rem quæ tractanda suscepisses: quo item modo et
ordine. Nactus iam otium omnia à principio ad cal-
cem legi diligentissimè: id est, consideravi apud a-
nimum, quæ legi: et mirificè eam rationem proba-
vi, quam sequeris. In docendo nihil eorum præ-
teris, quæ ad Latini sermonis puritatem faciunt,
et ad studium eloquentiæ: in libello tuo potissi-
mum est, quod pleriq; negligunt, aut præstare ne-
queunt, cum non didicerint: ut primum adolescen-
tes in contemplationem vitæ humanæ introducas,
quam qui ignorant, neq; ad rectè imperandi, neq; ad
rectè viuendi rationem umquam perueniant: et
deinde doceas, quæ in vita fugere, quæ sequi, tum
publicè tum priuatim debeant. Sic poëtas interpre-
tari, sic historiarum scriptores, rectum est. Utinam
non sint ita tenues res nostræ, ut bonas litteras tum
hic tum alibi ruïnâ minantes, hoc loco, τὴν δὲ
ἐρχομένω, fulciamus. Me rei familiaris cura
exercet: te exhauriunt ludi litterarij labores.

Faciemus tamen, quantum valebimus: quod te
video facere, et tu mihi vicissim volunta-
tis conatusq; egregij testis eris. Vale.

Rostochij. Kal. Nouemb.

u

WILHELM
V. GARTHA

Fragment of text from the adjacent page, including the word "etiam" and other faint characters.

Faint, mostly illegible text in the main body of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Fragment of text at the bottom of the page, including the word "etiam" and other faint characters.



refer ad pag. 1.
later. 5.

○
PROGENIES
REGVM NUMIDIÆ,
QVORVM IN IVGVRTHA
 Sallustij fit mentio.

GALA Rex Massylorum & Numidarum, qui cum Syphace bella gessit. meminit Livi Dec. 3. lib. 7. eius filius fuit.

|
MASINISSA

Pop. Romani, & P. Scipionis Africani superioris, (quod etiam è somnio Scipionis apud Ciceronem patet) ex hoste amicissimus: qui secundo bello Punico eius opera Syphacem victum cepit: & Carthaginenses ex Numidia expulit. Quo facto, P. Ro. Masinissæ, quascunq; vrbes & agros vi ceperat, dono dedit. atq; ita ille loco Syphacis rex Numidiæ factus est. Inter alia scribunt eum hominibus parum fidentem, canes custodes corporis atq; salutis habuisse. A Luciano, & Plutarcho citante testem Polybium, inter *μεγαροβίους* recensetur. excessit enim annum ætatis nonagesimum. Floruit circa annum ante natum Christum 130. De hoc multa Appianus in Libycis: & Livi passim in libris Decadis tertiæ: & Valerius Maximus lib. VIII. cap. XIV. Erant huic Masinissæ filij plures quam quadraginta, quorum tamen tres tantum ex legitima vxore, reliqui ex concubina fuerant suscepti.

EX VXORE.

EX CON-
CVBINA

MICIPSA natu maximus, & pacificus, atque ideo Masinissa mortuo heres regni paterni à Scipione constitutus. Eius filij fuere.

GVLVSSA natu secundus, vir ætate florenti strenuus, & artibus bellicis eruditus, cui Scipio in eiusdem hereditatis diuisione belli pacisque potestatem permisit, eumque secum in belli Punici societate habuit. postea morbo absurtus.

MASTANABAL vel Manastabiles natu minimus, valetudinarius: excel-lens tamen Iustitia, atque ideo Iurisdictioni à Scipione præfectus.

|
FILIA
 non nominata.
 |
MASSA-
GRA-
DA.

ADHERBAL probus & imbellis, quem primo Iugurtha armis vincit: deinde interuentu legatorum P. Romani cum eo regnum diuisit, eumq; nihilominus postea in obfidione Cirthæ, licet supplicem & dedititium, crudeliter prius excruciatum, necauit.

HIEMPSAL iuuenis & animo & lingua ferrox & superbus: sub ipsa regni initia à Iugurtha sublatus. de cuius nece Adherbal miserabiliter in senatu Romæ queritur.

|
MASSIVA
 dedita Cirtha, & Adherbale interfecto, Romam metu Iugurthæ profugus, vbi opera Bomilcaris, instinctu Iugurthæ, obtruncatus est.

|
IVGVRTHA ex concubina natus, adoptatus à Micipsa mortuo. à quo cum XII elephantis ad Numantiã missus, ob virtutem Scipioni Æmiliano carissimus fuit. postea regna patrueli nimis impotenter appetens, suam amisit: et à Mario triumphatus, Romæ in barathro miserè perijt.

GAUDA animo & corpore parum valens, secundus heres testamentum Micipsæ scriptus. Eius simplicitate Marius in imperio Numidiæ consequens est.

|
DABAR
 ob ingenium et industriam Boccho Mauro-rum regi carus, eiusq; in negotijs cum Sylla interueniens.

PROGNIOS
REGVM NVMIDIA
QVORVM IN LVGRTIA

Schuldes in mendo

GATA Rex Mallicolus & Numbus

hinc qui cum Syphace & Regis mendo
Kunze P. 2. p. 11. 7. eius mendo

HAZINIS A

The text in this section is extremely faint and illegible. It appears to be a list or a table of contents, possibly containing names of regions or individuals mentioned in the preceding text.

EX VOR

The bottom half of the page contains several lines of text, which are also very faint and difficult to read. It seems to be a continuation of the document's content, possibly a list of names or a series of entries. The text is arranged in a structured manner, possibly as a table or a list.

PROLOGE

REGLAM

QUORUM IN

GALA Rex Marklo

1847

1848

1849

1850

1851

1852

1853

1854

1855

1856

1857

1858

1859

1860

1861

1862



ULB Halle

3

002 629 992



(f)

SS

2L


AB 15 44 07


VD 77

nam si ex lege hereditas: iam
ex remissione. Abrahāe autē p[er] remi-
ssionem donavit d[omi]n[us]. Quid igitur legem
inter transgressionē posita est: don-
avit sem[ini] cui remissat[ur]
p[er] anglos in manu mediatoris. Nam
tunc autē unius n[on] est d[omi]n[us] autē un-
us est. Lex ergo ad usus p[ro]p[ri]a de-
absit. Si enim data eēt lex que p[ro]-
vivificare: vere ex lege eēt iustitia
conclusit scriptura omnia sub peccato
ut p[ro]missio ex fide ih[esu] xp[isti] daretur
dentibus. *Ex.* Respice domine

Aevia.

ultimus domino




NATHANIS CHYTRÆI.
IN
SALLVSTII
IVGVRTHAM

PROLEGOMENA,
in quibus, præter doctrinas Ethi-
cas & politicas, rerum quoq; quæ
hodie in mundo geruntur, ve-
luti imago quedam di-
lucide represen-
tatur.

 
ROSTOCHII
Typis Stephani Myliandri.
ANNO
CID ID XXXVI.